

797.

1284 d. 23 Dec.

Perugia.

MARTINUS IV:s Giftermåls-tillstånd för Svenska Kron-Prinsen BIRGER och Danska Prinsessan MARGARETA.

K. t. 2: 614.

MARTINUS &c. Dilecto filio nobili viro Birgero nato Charissimi in Christo filii nostri Magni Regis Sveciæ illustris & dilectæ in Christo filiæ nobili mulieri Margaritæ natæ Charissimi in Christo filii nostri Erici illustris Regis Daciæ &c. Nos itaque vestris supplicationibus inclinati, volentes tantis periculis obviare, vobiscum, ut matrimonium invicem, impedimento non obstante prædicto, libere contrahere valeatis, & tandem in contracto licite remanere, auctoritate præsentium dispensamus. Nulli ergo &c. Datum Perusii X Kal. Januar. anno IV.

798.

1285.

Hertig BENGT af Finland, m. fl. tillkännagifvande det de rådt Kon. MAGNUS att sätta hans Broder WALDEMAR i fängelse.

K. y. 12: 136.

Benedictus Dei gratia Dux Finlandiæ, Magnus eadem gratia Uplandensis Episcopus &c. confitemur & publice protestamur, nos illustri Domino nostro, Magno Dei gratia Sueorum atque Gothorum regi salubriter consulis, & modis omnibus suggestisse, quod D. Waldemarum fratrem suum, (qui omni jure quod in regno nostro dignoscebatur possidere, libere renunciato, memoratum regnum nihilominus per se & per suos, nec non & alienos tentavit ¹⁾ immaniter perturbare; Qui dimissa etiam uxore propria & legitima, quasi mente captus, & suæ famæ prodigus, ac antiqui hostis suggestionem & instinctu, ultionis formidine Divinæ minime refrænatus, mulierculis vilibus interdum per coitum damnatum, quandoque etiam & sceleribus adulterii publice adhærebat, contemnens ad salutarem prælatorum regni monitionem ab earundem nefario consortio resilire, & ad tantam vergebat ignominiam inopiamque, ut in alienis partibus cœperit degere vagabundus, in maximum suæ animæ præjudicium & scandalum plurimorum;) ad emendationem vitæ suæ & morum reformationem ²⁾ deputatis ei servitoribus competentibus ³⁾, faciat custodiri ⁴⁾. Datum anno Domini MCCLXXXV.

1) K. u. 141 har attentavit inhumaniter. 2) K. u. 141. har asque (*absque*) emendatione vitæ suæ, & morum reformatione. 3) cum esculentis & poculentis tillsättes a. st. 4) &c. tills. a. st.